e-codices

tum immobiles nec in totū mobiles sonant. In totum immobiles sunt. pslambanomenos. hypate
hypaton. hypatemeson. mese. [nete] sinemmenon. paramesos. nete diezeugmenon. nete hyperboleon.
idcirco q̄m in omnibus tribus generibus eaedem sunt. nec loca nec nomina permutantes. siue
pentachorda. siue tetrachorda contineant. Pentachorda quidē. ut pslambanomenos ad hypa
ten meson. & mese ad neten diezeugmenon. Tetrachorda uero ut hypates hypaton. ad hypaten
meson. & hypatemeson ad meson. Mobiles uero sunt quae sc̄dm singula genera permutantur
hoc modo. ut paranete & lycanos diatonici. & chromatici. trite. & par hypate enarmo
nii. Alia est enim paranete hyperboleon diatonos. alia paranete hyperboleon chroma
thica. Alia trite enarmonios. diuersę sunt etiam paranete diezeugmenon diatonos atq; chro
matica. nec ē. eadem quae in generibus caeteris trite diezeugmenon enarmonios. Neq; eaedem sunt
paranete sinemmenon diatonos. & chromatica. & trite synemmenon. enarmonios. his quae sunt
in reliquis generibus trite. Distant etiam lycanos meson diatonos. & lychanos meson chromatice.
& parhypatemeson enarmonios. Nulli aliorū generū parhypate similis inuenitur. Nec eosdē
locos ac numeros seruant lychanos hypaton diatonos. & lychanos hypaton chromatice.
Nam parhypate hypaton enarmonios. aliorū generū parhypatis repperitur esse dissimilis. Non
in totū uero immobiles aut mobiles sunt quae in duobus quidem generibus manent. id ē. chromatico.
& diatonico. sed in enarmonio permutatur. Id autem sic consideratur. Trite hyperboleon diatonos.
& trite hyperboleon chromatice eadem in superiore forma descripta est. hisdem numeris. II DCCCCXVI. At ue
ro cum enarmonium genus aspicimus. tritem aliam reperimus id ē. II. DCCCCXCIIII. Quae igitur uox duob;
fuit generibus communis. eadem in tertio permutata est. Idem ē. & in diezeugmenon tetrachordo. Nam
trite diezeugmenon diatonos & trite diezeugmenon chromatica. eaedem sunt sibiq; consentiunt.
Trite autem diezeugmenon enarmonios. a superioribus distat. In sinemmenis etiam idem ē.
Trite enim synemmenon diathonos & trite synemmenon chromatica eaedem sunt. sed trite synen
menon enarmonios ē. diuersa. Item parhypatemeson diatonos. & parhypatemeson chromatica.
ea edem notantur. sed in enarmonio genere. sicut superius trite. ita hic parhypate iuxta hypatas
meson quidem inueniuntur. Ui autem ac sonia cum inne diuersae sunt [ceteris] ~~generis~~. Rursus parhypaten
hypaton diatonos. & parhypate hypaton chromaticha eadem ē. sed non eadem est cum in enarmonio
genere queritur. Sed ut harum non plena mutabilitas clarius conliquescat. ad hyperboleon tetra
chordon redeamus. In hoc igitur quae in diatonico atque chromatico genere trite hyperboleon ē.
eadem mutatur in enarmonio. & fit paranete. Itemq; trite diaezeugmenon uel in diatonico
uel cromatico genere uocabatur. paranete in enarmonio dicitur. Quae trite synemmenon
in chromatico [t diatonico] fuit. in enarmonio in paraneten transit. Quae uero parhypatemeson
in chromatico uel diatonico uisebatur. eadem lychanos meson in enarmonio repperitur.

in nomine

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. p.%20124 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/p.%20124)